UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

lam probat tex. in l. ſi ita ſcriptũ, in. §. ſi ſub conditione. ff. de legat. ij. & ita per illum tex. tenet Guliel. Benedict. in reper. c. Rainutius. in ver. ſi abſque liberis moreretur. el. ij. nu. 107. & 116. de teſta.

Hanc regulam limitat ſex modis, vbi ponit rationem huius regulæ, & eam notabi. examinat Guliel. Benedictus in d. cap. Rainutius, in dicto verbo, ſi abſque liberis moreretur. el. ij. num. 116. cum alijs.

## REGVLA CCCXXXIX.

Fideicommissvm ex futuro euentu pendẽs poteſt per pactum remitti. Hanc regulã probat text, & ibi Barto. & Docto. in l. j. C. de pact. glo. in l. ſi ita ſcriptum, in. §. ſi ſub condicione. ff. de legat. ij. & in c. Rainutius. de teſtamen. Circa quam regulam vide Guliel. Benedict. in repet. d. cap. Rainutius. in verbo ſi abſque liberis moreretur. el. ii. nu. 105. cum alijs. de teſtament. vbi aſſignat rationem huius regulæ.

Hanc regulam ampliat quinq; modis & limitat alijs quinq; modis Franc. Purpura. in l. j. a nu. 9. vſque ad nu. 49. C. de pact.

## REGVLA CCCXL.

Filia per ſtatutum a paterna ſucceſsione excluſa non retinet iura ſuitatis. Hãc regulam ponit Bar. in l. j. in. §. ſciẽdum. ff. de ſuis & legi. here. nu. 2. & in l. j. §. pater. ff. de coniungen. emancipat. liberis. Bal. in l. maximũ vitium. in fine. C. de libe. præt. vel exhered. Rom. in l. apud Iulianum. in. §. idem Iulianus, nu. 52. ff. ad Trebell. & in l. ventre. ff. de acqui. hered. nu. 10. Alex. in conſi. cxxxi. lib. j. Iaſ. in l. ſi emancipati. nu. 34. C. de colla. & in l. ſi arrogator nu. 20. ff. de adoptio. Decius in l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. Maturinus Montanus in Auth. de hæredibus ab inteſt. veniẽ. pagi. 34. in fi. ver. cæterum dubitari poteſt, collat. ix.

Hanc regulam limitat quinque modis, vbi notabi. eam examinat, Alber. Bru. in tracta. ſtatutorum, in x. artic. princip. in iij. quæſt. nume. 1. cum ſequen.

## REGVLA CCCXLI.

Filiatio ex ſola nominatione non probatur in extraneis. Hanc regulam probat tex. in l. non nudis, & in l. non epiſtolis. C. de probat. gl. in c. Michael. de filijs, presby. & in c. per tuas. de ꝓbat. & in c. illud de præſump. & in c. trãſmiſſæ, & in c. per tuas, qui filij ſint legiti. Circa quam regulã vide quę dicam in regula ſequẽti.

1 Amplia primo procedere, quod nec in præiudicium tertij præſumptionem faciat. Ita concludit Iaſ. in conſil. lxxxj. nu. 2. vol. j. & in conſi. cij. col. j. vol. iij.